

rabāt præsentē Stephanū, qui nihil erat quàm  
 fidus eius interpretēs. Isti prorsus idem Step-  
 hano facturi, si viueret, in alterum Stephanū lon-  
 ge quidem disparē, sed qui prioris tamen vesti-  
 gia, licet procul, sequi conatus est, rabiem deri-  
 uant. Obtendunt in peruersum sensum adduci  
 hæc verba. Quisnam est sensus ille? Vt templa  
 materialia destruātur. Quasi verò templorū v-  
 sum abolere cuiquam in mentē venerit. Sed eos  
 vrit interior sua scabies, quòd Deum alligātes  
 ad crassum carnalēque suum cultum, lapideis  
 templis eum includunt. Siquis reclamet, Luthe-  
 ranus est.

Rursus Esaiæ 66. g. 23.

Artic. 33.

Et erit mensis ex mense. Annotatio,

Templi hîc nulla fit mētio: quòd te-  
 pore Christi loca omnia futura erant o-  
 rationi opportuna. Bibliis 1545.

Censura, Quāuis hæc interpretatio in  
 se sit vera, ex quo tamen impertinens est  
 ad intelligentiam textus, videtur potius  
 fauere iis qui volunt templa destruere.

Nunc mihi probabilis est eorum coniectura,  
 qui præcipuè huius vltimæ cōcionis odio, serra